



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

De missis votiuis S. Mar. & aliis. c. 13

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Comemoracione Octauę. Si festū habens vigiliam celebretur feria secūda, missa vigilię dicit in Sabbato, sicut etiā sit officiū. Missa Vigilię in Aduentu occurrentis, dicitur cum commemoracione Aduentus, licet de ea non sit factum officiū. Si in Quadragesima, et Quatuor temporibus occurrat vigilia, dicatur missa de feria cum commemoracione vigilię. Toto tempore Pascali non dicitur missa de vigilia, nisi in vigilia Ascensionis, que tamen non ieiunatur, sicut nec Vigilia Epiphanię.

De Missis votiujs Sanctę Marię, et alijs. Cap. 13.

In Sabbatis non impeditis festo duplici, et semiduplici, dicitur missa de Sancta Maria sibi varietate temporū, vt in fine Missalis ponitur. Si sabbatum fuerit impeditum festo duplici, semiduplici, octaua Vigilia, Feria Quatuor Temporū, et Quadragesimę, missa principalis dicitur sibi officium diei. In aduentu autem licet officiū non fiat de Sancta Maria in sabbato, dicitur tamen missa principalis de ea cū commemoracione Aduentus, nisi fuerint Quatuor Tempora, vt supra alijs diebus infra hebdomadam quę officiuū sit de feria (exceptis ferijs Aduentus, quadragesimę, Quatuor temporū, Rogationū, et Vigiliarū) dici pōt aliqua Missa Gloriosa, etiam in principali missa, que dicitur Conuentualis, secundum ordinem dierum in fine Missalis assignatum. Que tamen missę, et alię quecunque votiuę, in missis priuatis dici possunt pro arbitrio Sacerdotum, quocunque die officium non est duplex. Id vero passim non fiat, nisi rationabili de causa. Et quoad fieri potest, Missa cum officio conueniat.

De Missis Defunctorum. Cap. 14.

Prima die cuiuscunque mēsis (extra tempus Pascale) nō impedita officio duplici et semiduplici, dicitur missa principalis generaliter pro defunctis sacerdotibus, benefactoribus, et alijs. In ecclesijs aut collegiatis dicantur due missę, vna pro defunctis, alia de festo simplici si occurrat, vel de feria, si propria habeat missam, vel resumenda sit missa de Dominica precedenti, que fuit impedita, cuius infra hebdomadam nō occurrit alius dies, in quo resumī possit missa de Dominica. Sed in ecclesijs nō collegiatis dicatur missa de die cuius commemoracione generaliter pro defunctis. Preterea feria secunda cuiuscunque hebdomadę in qua officiū sit de feria, missa principalis dici pōt pro defunctis. Si autem fuerit propria missa de feria vel de